BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 98
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Idem leui qui mattheus ē. sed lucas marcusq: ppt̄ uerecundiā & honorem euangelistę noluer̄
nomen ponere uulgatum. Ipse aut̄ mattheus iuxta illud quod scriptum ē. Iustus accu
satur sui ē. in primordio sermonis. mattheūse & publicanum nominat ut ostendat le
gentib: nullum debere conuersum de salute diffidere. Cum ipse de publicano in apostolum
de & helonario in euangelistam sit repente mutatus.

Et relictis omnibus surgens secutus ē eum.

Intellegens mattheus qd̄ sit uerae cit̄ dn̄m sequi relictis omnib: sequitur. sequi enim imita
ri ē. Ideoq: ut pauperem xp̄m non tā gressu quam affectu consectari potuissent; reliquid
ppria qui rapere solebat aliena. pfectāq: nobis abrenuntiationis saeculi formā tribuens.
Non solum lucrae reliquid uectigalium sed & periculum contempsit qd̄ euenire poterat a princi
pib: saeculi qd̄ uectigalium rationes inpfectas atq: incompositas reliquerit. Tanta enim
cupiditate sequendi dn̄m ductus ē. ut in nullo prorsus huius uitae respectum uel cogitationē
sibi m & reseruauerit. ppt̄ qd̄ iusta mercede dum humana sedulus negotia deserit domini
corum fidelis dispensatur meruit ēē talentorum. XVIII

Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua.

Qui domicilio xp̄m recipit interno maximis dilectationib: exuberantium pascitur uolup
tatū. Itaq: dn̄s libent̄ ingreditur & in eius qui crediderit recumbit affectum. & hoc ē bono
rum operum spiritale conuiuiū quod iues populus eg & paup epulatur.

Et erat turba multa publicanorū & aliorū qui cū illis erant discumbentes.

Uiderunt publicanum a peccatis ad meliora conuersum locum inuenisse paenitentiae
& ob id & iam ipsi non desperant salutem.

Et murmurabant pharisaei & scribae eorum dicentes quare cum
publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis.

Conuiuantib: cum dn̄o publicanis pharisei murmurantes de ieiunio gloriantur. ubi pri
mo legis & gratiae quanta sit distantia declaratur. quia qui legem sequuntur ieiunę mentis
famem patiantur aeternam. qui uero uerbum in interiorib: animę receperant alimenta
caelestis & fontis ubestate recreati esurire & sitire non possint. Deinde retributionis fu
turae species p̄figurantur. quando epulantib: cum xp̄o electis pfidia superborum ieiuna
torquebitur. quib: dicitur. meretrices & publicani p̄cedunt uos in regno dī;
qd̄ si p mattheī electionem fides gentium quae prius mundi lucris inhiabant sed nunc corpus
xp̄i sedula deuotione reficiunt exprimitur. profecto supcilium pharisaeorum iudaeo
rum inuidiā qua de gentium salute torquentur insinuat.

Et respondens ihs dixit ad illos non egent qui sani sunt medico sed
qui male habent non ueni uocare iustos sed peccatores in paenitentiā.

Sugillat scribas & pharisaeos qui iusto seputantes consortia declinabant. seipsum namque